

habet captivo vel captiva non eos perdat, sine redemptione, et stent suos homines de comes, salvet illum Deus, in su Açuda. Et addidiant illos mauros, quod sedeant fideles in lures firmamentos, qui stant super suo ligamento. Et iuraverunt super hoc totum superius scriptum per Deum omnipotentem, qui scit omnia testimonia et per totos iuramentos de lege mauros. Et iuravit Comes et suos ricos homines per Deum altissimum, et per Iesum Christum, et per Sancta Maria, et per IIII Evangelia et per totos sanctos.

Facta carta ista in era M (*falta una C á la era*) LXXXI in mense December. Signum Ildefonsi regis Aragonensis et comitis Barchinonensis. Signum fratris Berengarii de Avenione magister militie Templi in Provincia, et partibus Ispanie, qui hoc super scriptum laudo et confirmo. Acta est translatio istius carte fideliter, nonas mensis Septembris, anno Domini MCXCVIII.

(Bofarull, *Coleccion de Documentos inéditos del archivo general de la Corona de Aragon*, tomo IV, págs. 130—134.)

VI.

DONACION DE UN SARRACENO EXARICO, QUE FUÉ DE UN ALFAQUÍ DE FONTELLAS, Á LA CIUDAD DE TUDELA EN TIEMPO DEL OBISPO MIGUEL DE TARAZONA.

In Dei nomine, Ego Rogerius de Bes-sim cum filio meo, Guilermo eo quod Dns. Michael Tyrason. Epus. et Raymondus Prior, omnisque conventus Tutelane Eccle., prece et concesione Dmni. B. Tarraconensis Archiepiscopi reciperunt pro Canonico eiusdem loci, et cum voluntate et concesione aliorum filiorum filiarumque mearum dono, et concedo Deo et Ecclesie Ste. Marie Tutelane, et clericis ibi Deo servientibus, unum meum *Exericum*, quem habebam in Fontellas, nomine Mahomet Garri, qui fuit cuiusdam Zabalaza de Fontellas, cum omni hereditate sua culta et inculta, cum domibus et agris ad eandem hereditatem pertinentibus,

et cum omnibus quibusdam que ad eundem Asariche, vel ad patrem suum pertinent, vel pertinere devent, tam in illo termino de Fontellas quam in illo de Mosquerola, vel ubicumque aliquid hereditatis habeat vel habere debeat, ut sit propria hereditas Ste. Marie in perpetuum. Et est fideiisor huius supradicte hereditatis ad forum de Tutela, quod sit salva et libera ipsa hereditas Ste. Marie ab omnibus hominibus, Petrus Nostan¹.

(Archivo de la Iglesia de Tudela, *La Santa Iglesia de Tarazona* por don Vicente de la Fuente, *España Sagrada*, tomo XLIX, Apéndice núm. XXV, pág. 366.)

¹ Este prelado, que fué el primero de Tarazona despues de la restauracion, fa-

llecio en el año 1151.

VII.

DONACION QUE HIZO ALONSO VII A SU SERVIDOR ABDILAZIZ DE CASAS QUE FUERAN DEL REY ABENRAZIN, Y DE LA ALDEA DE DURALMERER CON TODOS SUS TÉRMINOS (AÑO DE 1151).

In nomine Domini Amen. Ego Adefonsus Hispaniae Imperator, una cum filiis meis Sanctio et Fernando, tibi Abdelaziz, meo fidele homini, et filiis tuis, et omni generationi tuae, facio cartam donationis de quantum michi pertinet de domibus de Averrazin Rex, cum omnibus suis directuris. Dono etiam et illam aldeiam, quae vocatur Duralmerer, cum omnibus suis terminis, et pertinentiis, et cum omnibus suis directuris, et hoc facio pro servitio, quod mihi facies eundo ad Granadam, et in aliis locis ubi te mito, ut ab hac die habeas ipsam aldeiam, et portionem de illis domibus superius nominatis, tu et filii tui et omnis generatio tua, iure hereditario in perpetuum. Et hoc meum factum semper sit firmum. Si vero in posterum aliquis, ex meo vel alieno genere, hoc meum factum rumpere voluerit, sit maleditus et excommunicatus, et cum Iuda proditore Dni. in inferno damnato, et insuper pectet Regiae parti mille morabetinos. Facta carta quando Imperator iacebat super Jaen expentante nau..... Francorum quae debebant venire ad Siviliam. Era M.C.LXXXVIIIj. quinto vero Idus Iulii. Et eodem anno quo Imperator pugnavit

in illis Muznitis super Cordubam et devicit eos. Imperante ipso Adefonso Imperatore in Toledo, in Legionem, in Gallecia, in Castella, in Najara et Saragoza, in Baetia et Almaria.

Comes Barchiloniae, vassallus Imperatoris. Sanctius rex Navarrae tunc temporis vasallus Imperatoris.

Ego Adefonsus Hispaniae Imperator hanc cartam, quam fieri iussi, propria manu mea roboro atque confirmo. Rex Sanctius filius Imperatoris conf.

Comes Pontius, maiordomus Imperatoris conf.

Comes Petrus Adefonsus.—Comes Ranimirus Froilaz.—Pontius de Minerva.—Nunus Petris Alferiz Imperatoris.—Rex Ferrandus filius Imperatoris.—Bermudus Petriz Galleciae.

Comes Almanricus tenens Baeciam. Guillelmus...

.....nardus Iohannis Muntor.

Garcia Garciez Daza.

Garcia G. e. Conf.

Iohannes Fernandez, Canonicus Ecclesiae Beati Iacobi scriptor Imperatoris scripsit.

(Coleccion de Burriel, Biblioteca Nacional, Dd. 112, f. 144).

VIII.

CONCESION DE LOS DIEZMOS DE LOS SARRACENOS EXARICOS, HECHA POR DON ALFONSO II DE ARAGON Á LA IGLESIA DE TARAZONA (AÑO DE 1167).

Anno ab Incarnatione Domini MCLXVII, die III Augusti.

Notum sit omnibus hominibus presentibus atque futuris, quod contentio vertebatur inter Iohannem Tirasonensem et Parroquianos eiusdem Episcopatus: conquerebantur namque dictus Episcopus et sui Clerici, quod Potestates et alii Milites; necnon et Burgeneses, dabant hereditates suas et honores ad excolendum et laborandum suis exarichis Sarracenis, nec dabant decimam, vel primiciam de illa parte hereditatum vel bonorum, quam exarichis sarraceni laborabant, et excolebant. Similiter sarraceni de hereditatibus quas emebant a Christianis, vel accipiebant in pignore, decimas vel primitias, non solvebant, et sic Sancta Mater Ecclesia defraudabatur sua decima atque primitia. Quapropter ego Aldephonsus, rex Aragonensis, Comes Barchinonensis, atque Rosilionis et Marchio Proventie, una cum consilio, et laudamento nobilium curie mee dono, laudo, et in perpetuum dono, Deo et Ecclesie Sancte Marie de Tirazona, et Episcopo, et Clericis et omnibus successoribus suis eiusdem Ecclesie concedo, ut de hinc antea nulla moveatur eis questio, vel controversia, super

decimis, vel primitiis totius Episcopatus sui, quod fideliter decime et primitie eis donentur, scilicet de omni honore, et de hereditate Christianorum a sarracenis empta, vel pignore accepta, et de omnibus bonis, unde ipsi seniores redditum accipiunt a sarracenis. De illis vero hereditatibus, vel honoribus, que fuerunt quondam sarracenorum, et postea in manum Christianorum devenerunt, vel devenerint, unde semel Ecclesia decimas accepit, integras decimas et primitias Ecclesiis concedo, tam de parte christianorum, quam de parte sarracenorum. Hac itaque presenti pagina in perpetuum valitura statuo, et sub obtentu debite fidelitatis omni mando atque precipio, quod nullus unquam miles, vel alius homo tam ausus, tam presuntiosus inveniatur, quod decimas, vel primitias, que usibus sunt dedicate, et a me (ut supra dictum) eis sunt concesse, ulla ratione audeat retinere, nec ulla caliditate, vel machinatione matrem suam Ecclesiam decimis, vel primitiis, audeat defraudare. Quisquis vero contra hoc meum decretum, et mandatum venire presumpserit, ut transgressor mei prece-

pti, meam iram incurrat, et meae indignationis vindictam asperrimam sentiat: Illud etiam, quod super eisdem decimis atque primitiis, Aldephonsus Abunculus meus, qui Tirasonensem civitatem, per Dei gratia, de potestate sarracenorum liberavit, statuit, atque precepit, firmum et illibatum servari precipio. Preterea quecumque bona, quascumque possessiones prefata Ecclesia Sancte Marie de Tyrasona et Episcopi eiusdem Ecclesie, largitione, et concessione antecessorum, sive etiam aliorum virorum donatione, vel quocumque alio modo in presentiarum habent et possident, vel in antea Deo annuente aliquomodo poterunt, laudo et in presenti scripto concedo et firmo iam dicte Ecclesie, et memorato Episcopo, et successoribus suis in perpetuum habendas. Hoc quoque huic confirmationi addibto, quod si aliqua Ecclesiastica, secularisve persona, iam dictam Ecclesiam, vel Clericos super iam dictis decimis, vel primitiis vel aliis possessionibus suis, vel rebus temere inquietare vel perturbare presumpserit, quod meum amorem perdat, et in super mille Morabetinos mihi pectet. Signum † Aldephonsi Regis Aragonum, et Comitis Barchinon. et Rosilio-

nis, et Marchio Provincie. Facta carta apud Cesaraugustam mense Augusti Era MCCV. Regnante me Aldephonso Rege in Aragone et in Suprarbi, et in Ripacurtia, et in Barchinon. et in Roselione, et in Almijano, et in Provincia. Episcopo Petro in Cesaraugusta. Episcopo Ioanne in Tirasona. Episcopo Stephano in Hosca. Episcopo Guillermo Petri in Lerida. Comite Arnaldo Mironis Paliarensis, in Ricla. Blasco Remon in Cesaraugusta. Petro Ortiz in Aranda et in Fontes. Artallo in Alfallo. Blasco Maza in Borja. Ximeno Romeri in Tirasona. Petro de Castellazol in Calatayub. Petro de Arazuri in Daroca et in Epila. Peregrin de Castellazol in Barbastro. Marco in Hosca. Gambolt in Benabent et in Beldens. A Iuda in Sors. Gonzalbo Capellino stando Alferiz Domini Ilphonsi Regis. Ximeno de Artusella, Mayordomo. Ramon Per Zabalmedina in Cesaraugusta. Ego Michael scriba hanc cartam scripsi, et hoc signum feci †.

(Archivo de la Santa Iglesia de Tarazona, *La Santa Iglesia de Tarazona en sus estados antiguo y moderno*, por don Vicente de la Fuente, *España Sagrada*, t. XLIX, Ap. núm. XXXVI. págs. 382—384.)

IX.

CONVENIO DEL REY DON ALFONSO II CON LOS SARRACENOS DE TORTOSA SOBRE PAGO DE TRIBUTOS
(AÑO 1174).

Presentibus atque futuris sit manifestum qualiter ego Ildefonsus Dei gratia rex Aragonensium, Comes Barchinone, et marchio Proviñtie, atque Raymondus de Montecateno facimus conventionem cum omni populo sarracenorū Dertuse. Conventio vero talis est, quod omnis aliema, id est populus sarracenorū qui modo habitatores sunt Dertuse, donent nobis annuatim in perpetuum CCCC macomutinas boni auri, rectique ponderis, per quatuor tempora anni. Nos vero propter hoc facimus eis talem conventionem, et donationem, ut amplius ab his presentibus calendis mensis Iulii primi modo inchoantis, non donet omnis aljema Dertuse, qui ibi in presenti est, neque faciat operam aliquo modo nobis neque successoribus nostris in Dertusa neque deforis, neque in castris, nec in aliquibus locis per nos, neque per baiulos nostros, set sint sani et quieti ab omni opere. Si vero crescerit populus sarracenorū super hoc populi, qui in presentia habitant in Dertusa, crescant mazemucine secundum hanc prenominatam rationem, secundum sensum et

visum de Nage Zahalmedine et de Mafomet alchadi, et secundum cognitionem proborum hominum de aliema. Si vero quod absit, minuerit, minuant mazemucine secundum rationem et secundum cognitionem eorum. Si quis hanc cartam violare voluerit, non liceat sed in duplo componat, et post hoc ratum semper permaneat. Actum est hoc XIII kalendas iulii ab incarnatione Dei filio MCLXXIII. Signum Ildefonsi regis Aragonensis † et comitis Barchinone et marchonis Proviñcie. Sig†num Raimundi de Montecateno. Sig†num Arnaldi de Tornamira. Sig†num Petri Stephani. Sig†num Moronis. Sig†num Raimundi de Cintillis. Sig†num Petri de Monte Regali. Sig†num Raimundi de Sancti Saturnini. Sig†num Bonefacii. Sig†num Crispini qui hanc cartam, iussus die et anno prenotato scripsit. Sig†num Exemeni notarii Dertuse huius translati testis. Sig†num Iohannis de Colonia Capellani de Castilione et notarii testis.

(Bofarull, *Coleccion de Documentos inéditos*, t. VIII, págs. 50—52.)

X.

DECRETOS DEL CONCILIO GENERAL DE LETRAN, CELEBRADO BAJO LA PRESIDENCIA DE ALEJANDRO III (AÑO 1180), SOBRE LOS JUDIOS Y LOS SARRACENOS.

CAP. XXVI. Iudaei sive Sarraceni nec sub alendorum puerorum obtentu, nec pro servitio, nec alia qualibet causa christiana mancipia in domibus suis permittantur habere. Excommunicentur autem, qui cum eis praesumpserit habitare. Testimonium quoque Christianorum adversus Iudaeos in omnibus causis, quum illi adversus Christianos testibus suis utantur, recipiendum esse censemus et anathemate discernimus feriendos, quicumque Iudaeos Christianis voluerint in hac parte praeferre, quum eos subiacere Christianis oporteat, et ab his pro sola humani-

tate ferri. Si qui praeterea Deo inspirante ad fidem se converterint Christianam, a possessionibus suis nullatenus excludantur; quum melioris conditionis conversos ad fidem esse oporteat, quam antequam fidem acceperunt, habebantur. Si autem secus factum fuerit, principibus vel potestatibus eorundem locorum sub paena excommunicationis iniungimus, ut portionem haereditatis et bonorum suorum ex integro eis faciant exhiberi. *Concilia Generalia*. Romae. MDCXII. T. IV, p. 52, c. II.


XI.

EPÍSTOLA DE INOCENCIO III AL OBISPO DE ÁVILA PARA QUE PRIVE DE COMUNICACION CON LOS CRISTIANOS Á LOS SARRACENOS, QUE NO LE PAGUEN DIEZMOS, É IMPONGA CENSURAS ECLESIASTICAS Á LOS CRISTIANOS QUE DESATIENDAN ESTE MANDATO (AÑO DE 1199).

Innocentius tertius, servus servorum
Domini, Episcopo Abulensi.

Ex parte dilectorum filiorum capituli Abulensis fuit in audientia nostra

querimonia recitata, quod quum homines tuae dioecesis in castris et in ipsa civitate morantes, de tribus partibus frugum totius agriculturae suae molendinorum etiam, et hortorum, et vi-



Consejería de Cultura

nicolae de quarta parte parochialibus Ecclesiis, a quibus Ecclesiastica percipiunt sacramenta, decimas solvere teneantur; licet ministri Ecclesiarum ipsarum fere nullos habeant redditus, praeter decimas unde valeant sustentari: domini praedictorum hortorum et molendinorum ipsi tradunt sarracenis, in grave detrimentum Ecclesiarum et praedictum excolendo, qui nolunt Ecclesiis, sicut olim Christiani solebant, freti potentia et favore illorum, a quibus illis excolendo traduntur, decimas exhibere, volentes, igitur, ipsis Ecclesiis, et earum ministris super hoc prout convenit providere, fraternitati tuae

per Apostolica scripta mandamus, quatenus nisi Sarraceni illi ad communionem tuam cum ea integritate qua Christiani solebant, praedictas decimas Ecclesiis voluerint exhibere, eis facies communionem a christianis super mercimoniis rerum venalium et aliis penitus denegari christianos illos, qui talibus contra formam mandati Apostolici communicare praesumpserit, a sua praesumptione per censuram Ecclesiasticam, appellatione remota; compescens. Datum Laterani, XII kalendas Iunii. Epistola VII ex libro secundo.

(Aguirre, *Collectio Conciliorum*, tomo III, pág. 425.)

XII.

DECRETOS DEL CONCILIO GENERAL DE LETRAN, CELEBRADO BAJO LA PRESIDENCIA DE INOCENCIO III (AÑO DE 1215), ORDENANDO QUE SE DISTINGAN EN EL TRAJE LOS JUDIOS Y LOS SARRACENOS.

CAP. LXVIII. In nonnullis provinciis a Christianis Iudaeos seu Sarracenos habitus distinguit diversitas: sed in quibusdam sic quaedam inolevit confusio, ut nulla differentia discernantur. Unde contingit interdum, quod per errorem Christiani Iudaeorum seu Sarracenorum, et Iudaei seu Sarraceni Christianorum mulieribus commiscantur.

Ne igitur tam damnatae commixtionis excessus per velamentum erroris huiusmodi, excusationis ulterius possint habere diffugium statuimus, ut tales utriusque sexus in omni Christia-

norum provincia, et omni tempore, qualitate habitus publice ab aliis populis distinguantur, quem etiam per Moysen hoc ipsum legatur eis iniunctum.

In diebus autem lamentationis, et Dominicae Passionis, in publicum minime prodeant, eo quod nonnulli ex ipsis talibus diebus (sicut accepimus) ornati non erubescunt incedere: ac Christianis, qui sacratissime passionis memoriam exhibentes lamentationis signa praetendunt, illudere non formidant.

Illud autem districtissime inhibemus, ne in contumeliam redemptoris prosii-

:

lire aliquatenus praesumant. Et quoniam illius dissimulare non debemus opprobrium, qui probra nostra delevit, praecepimus praesumptores huiusmodi per principes seculares condigne

animadversionis adiectione compesci, ne crucifixum pro nobis praesumant aliquatenus blasphemare. *Concilia Generalia*. Romae. M.DCXII. T. IV, p. 61, c. I.

XIII.

CONFIRMACION POR EL SANTO REY DON FERNANDO DE LA GRACIA CONCEDIDA POR SU ABUELO EN PALENCIA Á 6 DE LOS IDUS DE MARZO, ERA 1227, QUE ES AÑO DE 1189, DANDO Á LA ÓRDEN DE SANTIAGO LA MITAD DE LO QUE EL REY PERCIBIA POR EL PRECIO DE LA REDENCION DE CAUTIVOS (AÑO DE 1225) 1.

Per praesens scriptum tam praesentibus, quam futuris notum sit ac manifestum, quod ego Ferrandus Dei gratia rex Castellae, et Toleti, una cum uxore mea Beatrice regina, et cum filiis meis Alfonso, Federico et Ferrando, ex assensu, et beneplacito dominae reginae Berengariae genitricis meae, facio cartam confirmationis, concessionis, et stabilitatis vobis Ferrando Petri, Magistro ordinis militiae S. Iacobi, vestrisque successoribus, et fratribus eiusdem ordinis praesentibus, et futuris perpetuo valituram. Confirmo vobis itaque privilegium, quod ab avo meo illustri rege Aldefonso fel. memoriae, inveni conditum in hunc modum.

Quoniam sanum est, et languori medetur animarum, peritura pro aeternis commutare, et pro coelestibus mundi

divitias labentes impartiri, ideo ego Aldefonsus Dei gratia rex Castellae, et Toleti, una cum uxore mea Alienor Regina, et cum filio meo Ferrando, ut iustorum bona multiplicem, et Iacobitanis ordinis militiam nostrae fidei defensorum sustentationem augmentem, facio cartam donationis, concessionis, et stabilitatis Iacobitano ordini, et militiae, et vobis Sancio Ferrandi eiusdem ordinis instanti Magistro, vestrisque successoribus, et omnibus fratribus vestris eiusdem ordinis praesentibus, et futuris perpetuo valituram. Dono itaque vobis, et concedo medietatem omnium redemptionum, quae ad meum ius spectant, iure haereditario percipiendam perpetuo de omnibus Mauris captivis, valituris mille aureos, aut ultra, de quocumque vos ceperitis,

1. Esta escritura, como observa acertadamente el P. Burriel, es de notable importancia histórica, por señalar la manera con

que el rey de Valencia se hizo vasallo del rey Santo, viniendo á la merced de este en Moya y besándole la mano.

vel homines de Ucles, vel de alia quacumque haereditate vestra captivaverint. Si quis vero hanc cartam in aliquo infringere, vel diminuere praesumpserit, iram Dei omnipotentis plenarie incurrat, et Regiae parti mille aureos in cauto persolvat, et dampnum, quod vobis intulerit, dupplatum restituat. Facta carta apud Palentiam, era M.CC.XXVIII, vi. idus martii, secundo anno postquam Serenissimus Aldefonsus rex Castellae, et Toleti Aldefonsum regem Legionensem cingulo militiae accinxit, et ipse Aldefonsus rex Legionis osculatus est manum dieti Aldefonsi regis Castellae, et Toleti. Et consequenter, paucis diebus elapsis, saepedictus Aldefonsus illustris rex Castellae et Toleti, Romani Imperatoris filium Conradum nomine, in novum militem accinxit, et ei filiam suam Berengariam tradidit in uxorem.

Supradictum ergo privilegium ego Ferrandus rex praedictus confirmo, et roboro, mandans, et firmiter statuens, quod ratum, et stabile omni tempore perseveret. Si quis vero hanc cartam nostrae confirmationis in aliquo infringere, vel diminuere praesumpserit, iram omnipotentis Dei plenarie incurrat, et Regiae parti in cauto persolvat mille aureos, et dampnum super hoc illatum restituat duplicatum. Facta carta apud Toletum xxvi. die maii, era M.CC.LX tertia, anno regni mei octavo. Eo videlicet anno quo Zeyt Abuzyt

rex Valentiae accedens ad me apud Moyam devenit vasallus meus, et osculatus est manus meas.

Et ego predictus rex Ferrandus regnans in Castella, et Toletum, hanc cartam, quam fieri iussi, manu propria roboro, et confirmo.

Rodericus Toletanae Sedis Archiepiscopus Hispaniarum Primas conf.

Dominus Infans Alfonsus frater Regis conf.

Mauritius Burgensis Epus. conf.

Tellius Palentinus Epus. conf.

Lupus Segontinus Epus. conf.

Melendus Oxomensis Epus. conf.

Dominicus Abulensis Epus. conf.

Ioannes Calagurrit. Epus. conf.

Lupus Conchensis Epus. conf.

Dominicus Placentinus Epus. conf.

Alvarus Didaci conf.

Alfonsus Tellii conf.

Rodericus Roderici conf.

Garstias Ferrandi Maiordomus Reginae Berengariae conf.

Suerius Tellii conf.

Rodericus Gonzalvi conf.

Guillelmus Gonzalvi conf.

G. Petri conf.

Ioannes domini Regis Cancellarius Abbas Vallisoleti conf.

Gonzalvus Roderici Maiordomus Curiae Regis conf.

Lypus de Faro Alferiz Regis conf.
(*Bullarium ordinis Sancti Iacobi*,
Anno MGCXXV. Scrip. I.)

XIV.

VASALLAJE TRIBUTADO AL SANTO REY DON FERNANDO POR LOS SULTANES DE VALENCIA Y BAEZA
(AÑO 1225).

En el nombre de Dios.—Conoscida cosa sea á todos los homes, los que aqui son agora, é los que an de ser, como yo cuende don Gonzalo, en uno con mi muger la Condesa doña Maria, é con mis fijos Diego Gonzalvez, é Nuño Gonzalvez, damos á la Condesa doña Mencía, abadesa de San Andrés de Arroyo, y al convento, y á la casa de San Andrés de Arroyo, damos y otorgamos el *cahelo*, y la heredad de Santibañez, decla quanto y habemos, et nos pertenece voz y heredad, poblado y por poblar, prados é tierras, con montes, é con fuentes, é con entradas, é con tendas de visa, é con quanto y devemos adaver, damos por nuestras almas, las penas del infiernotemiendo, y la heredad del paraiso codiciando, y si alguno de nosotros. Si. Facta carta M.CC.LXIII noctu die iiii fra. x. kal. junii, regnant rege don Ferrando en Toledo, y en Castiela, con su muger la regna donna Beatriz, é con su madre la regna donna Berengue-

la, sennora é poderosa en Castella.

Alferez del rey don Xptoral de Faro.
Mayordomo en casa del Rey don Gonzalo Roiz.

Merino mayor don Gonzalo Gonzalez de Zavallos.

En Palencia obispo don Tello.—En Burgos don Mauricio.

Yo cuende don Gonzalo sobre todo esto priendo G. mrbs. en Robras.

Esto fué el anno que el rey don Ferrando entró en tierra de moros, é ganó por vasallos al rey de Valencia, é su hermano el rey de Baeza.

(Está escrito en pergamino, y tiene un sello de plomo pendiente de seda verde y amarilla é pajiza texido: á una parte un caballero, y alrededor «Sigillum Regis Ferrandi; y á la otra un castillo, y alrededor Rex Toleti et Castelle».)

Archivo de dicho convento, Burriel, *Memorias para la vida del Santo Rey don Fernando*, pág. 351.

XV.

CAPITULACION ACORDADA POR LOS REYES DON JAIME I Y ZAEN PARA LA RENDICION DE LA CIUDAD DE VALENCIA EL DIA 28 DE SETIEMBRE DE 1238.

1... Nos Iacobus Dei gratia Rex Aragonum, et regni Maioricarum, Comes Barchinonae, et Urgelli, et Dominus Montespesulani, promittimus vobis Zayen Regi, neto Regis Lupi, et filio de Modef, quod vos et omnes mauri, tam viri quam mulieres, qui exiri volerint de Valentia, vadant et exeant salvi et securi cum suis armis et cum tota sua ropa mobili, quam ducere volerint, et portare secum in nostra fide et in nostro guidatico, et ab hac die praesenti, quod sint extra civitatem usque ad viginti dies elapsos continue.

2... Praeterea volumus et concedimus quod omnes illi mauri, qui remanere voluerint in termino Valentiae, remaneant in nostra fide salvi et securi et quod componant cum Dominis, qui haereditates tenuerint.

3... Item, assecuramus et damus vobis firmas treguas per Nos et omnes nostros vasallos, quod hinc ad septem annos damnum, malum vel guerram non faciemus per terram nec per mare, nec fieri permittemus, in Deniam, nec in Culleram, nec in suis terminis. Et si faceret forte aliquis de vasallis et hominibus nostris, faciemus illud

emendari integre, secundum quantitatem eiusdem maleficii.

4... Et pro his omnibus firmiter attendendis complendis et observandis, Nos in propria persona iuramus et facimus iurare Dominum Infantem Ferrandum, Infantem Aragonum patrum nostrum, et domnum Nunonem Sancii consanguineum nostrum, et Domnum Petrum Cornelii, Maiordomum Aragonum, et Domnum Petrum Ferrandi de Azagra, et Domnum Garcia Romei, et Domnum Rodericum de Lizana, et Domnum Artallum de Luna, et Domnum Berengarium de Entenza, et Domnum Acorella, et Domnum Assalitum de Gudal, et Domnum Sancium Aznarez, et Domnum Blaschum Maza, et Rogerium Comitem Pallariensem, et Guillelmum de Montecateno, et Raymundum Berengarium de Ager, et Guillelmum de Cervillione, et Berengarium de Eril, et Raymundum Guillelmum de Odena, et Petrum de Queralt, et Guillelmum de Sancto Vicentio.

5... Item, Nos Petrus Dei gratia Narbonensis, et Petrus Tarraconensis Archiepiscopi, et Nos Berengarius Barchinonensis, Bernardus Cesaraugustanus, Vitalis Oscensis, Garcia Tirasso-

nenensis, Eximius Segrobicensis, Pontius Dertusensis, et Bernardus Vicensis Episcopi promittimus quod haec omnia supradicta faciemus attendi, et attendemus quantum in nobis fuerit, vel poterimus bona fide.

6... Et ego Zayen Rex praedictus promitto vobis Iacobo Dei gratia, Regi Aragonum, quod tradam et reddam vobis omnia castra et villas quae sunt et teneo citra Xucarum, infra praedic-

tos viginti dies abstractis et retentes mihi illis duobus Castris, Denia, scilicet, et Cullera. Datis in Ruzaffa, in obsidione Valentiae, quarto kalendas Octobris, era millesima ducentesima septuagesima sexta.

(Archivo Real de Barcelona, quinto armario general del reino de Valencia, saco Z, núm. 400. Salvá y Sainz de Baranda, *Coleccion de Documentos inéditos*, t. XVIII, págs. 84—86.)

XVI.

PRIVILEGIO CONCEDIDO POR DON JAIME EL CONQUISTADOR Á LA IGLESIA CATEDRAL DE VALENCIA
(AÑO DE 1241).

In Christi nomine. Noverint universi quod nos Iacobus Dei gratia Rex Aragonum, Majoricarum, Valentiae, Comes Barchinonae et Urgelli, et dominus Montis pess. Volentes adimplere dotationem Cathedralis Ecclesiae Valentinae, quam Domino favente eripimus a manibus paganorum, ad quam dotationem eramus obligati, tam a speciali promissione a nobis emissa quam ex debito devotionis et fidei; damus et concedimus itaque, et offerimus Domino Deo et beatae Mariae et praedictae Ecclesiae, et vobis venerabili Episcopo, et canonicis eiusdem, decem millia bisanciorum argenti boni, et recti ponderis, de quibus ematis possessiones ad opus et sustentationem vestram, et successorum vestrorum in perpetuum. Quibus decem

millibus bisanciorum vobis semel solutis, iterum nobis exigere non possitis nec nostris.

Item per nos et nostros successores damus vobis in perpetuum, omnes mezquitas et coemeteria publica seu particularia ultra duodecim vasa, quae quondam fuerunt Sarracenorum in civitate et dioecesi Valent. et in adiacentibus suis excepto coemeterio, in quo assignavimus generale forum Valentiae fieri, sicut determinatum est in consuetudine Valentiae, Mezquitas etiam et coemeteria, singula et universa, parva et magna, aliorum locorum intra fines Episcopatus Valentiae, vobis praedicto Episcopo et praedictae Ecclesiae donamus in perpetuum, quum ad manus pervenerint Christianorum.

Praeterea donamus et promittimus

assignare singulis cappellanis, in singulis ecclesiis paroquialibus, in quibus ordinati fuerint deservientibus, singulas domos et singulos hortos competentes. Qui cappellani habeant primitias illorum locorum, de quibus sibi provideant et suis Ecclesiis. Item donamus ad opus vestrum duas iugatas terrae pro hortis circa Valentiam, per divisores Valentiae vobis iam assignatas et terminatas.

Item donamus vobis et praedictae Ecclesiae in perpetuum Alfondicum illum cum suis pertinentiis, in quo manebat Arnaldus de Rocafolium, situm ante sedem, et domos similiter donamus vobis et praedictae Ecclesiae, in quibus manebat frater Gregorius, et continebantur cum domibus de Abencegami a porta Turris videlicet, usque ad domos Ioannis de les Celes; ita quod Turris intelligatur infra istas affrontationes, quam habeatis sicut modo eam possidetis, sed dictam Turrim amplius sicut est, elevare non possitis.

Insuper absolvimus et definimus vobis et vestris successoribus in perpetuum duas partes omnium decimarum, videlicet fructuum terrae, et animalium, et piscationum maris totius Episcopatus Valentiae. Item deducta primo parte nostra, quam ibi accipere debemus, definimus vobis et vestris in perpetuum duas partes decimarum omnium piscationum maris; et de Albufera, et de Furnis, et Molendinis factis et faciendis. Et hoc absolvimus et definimus de omnibus possessionibus quas nunc tenent, et possident Christiani, et de his quae Sarraceni nunc tenent, statim

quum ad manus pervenerint Christianorum.

Iterum autem de omnibus redditibus, quos a Sarracenis quoquomodo percipimus vel percipere debemus, deducatur decima unius decimae habeatis vos duas partes, quas de praesenti vobis absolvimus, et definimus in perpetuum. Quum autem possessiones eorum in quocumque loco dicti Episcopatus ad manus Christianorum pervenerint, tunc de tota decima habeatis duas partes in perpetuum, sicut de aliis possessionibus, quas nunc possident Christiani, est superius definitum.

Limites vero Episcopatus Valentiae esse volumus, et perpetuo per nos et nostros definimus, a finibus Castri de Almenara, qui dividit terminum cum Murvedro, usque ad Biar, vel ultra in quantum nostra vel nostrorum acquisitio ulterius, dante Domino, procedet. Ad haec nos F. Dei gratia Episcopus Valent. et totum capitulum eiusdem, per nos et omnes successores nostros, consensu et consilio domini P. Dei gratia Tarracon. Archiepiscopi, damus in feudum perpetuum vobis Domino Iacobo illustri Regi praedicto et successoribus vestris in regno Valentiae succedentibus, tertiam partem omnium decimarum, terrarum et possessionum vobis subiectarum in civitate et Episcopatu Valentino, et tertiam partem piscationum maris, et Albuferae, et animalium.

In hoc autem non intelligimus dare vel concedere vobis, vel vestris, decimam quae percipi debet de rebus sive haereditatibus militum, clericorum, sive locorum religiosorum. Illam enim

quum vindicare poterimus, nobis et successoribus nostris perpetuo integre retinemus. Similiter concedimus vobis et vestris, in feudum perpetuum, omnes decimas totius portionis reddituum vel proventuum vestrorum, quae vos percipitis vel percipere debetis infra dictum Episcopatum in omnibus furnis et molendinis, et tertiam partem in piscatione maris, et Albuferae Valentiae, salva parte vestra, quam recipitis vel recipietis in dicta Albufera, quae pars vobis, et vestris, remaneat indecimata. Et salva parte tertia vobis et vestris decimae eorum, quae aliae personae recipient, vel recipiunt in dictis furnis et molendinis. Haec autem habeatis et possideatis vos et successores vestri in perpetuum ad feudum pro Ecclesia Valentina, et ex hoc sitis fideles et defensores personarum et iurium nostrorum, et nostrorum omnium successorum et praedictae Ecclesiae sine omni alio servitio, quod nobis vel Ecclesiae facere non teneamini.

Item per nos et successores nostros absolvimus vobis, et perpetuo definimus omnes alias pacationes, quas usque in hodiernum diem dictae Ecclesiae, vel domino Archiepiscopo, vel nobis nomine dictae Ecclesiae pro eius dotatione aliquo modo fecistis. Et specialiter diffinimus vobis et omnibus possidentibus omnes haereditates, domos, hortos, et possessiones, quae tempore Sarracenorum ad eorum Mezquitas aliquas in toto Valentiae regno

pertinebant, vel pertinere debebant. Et de speciali promissione, quam super dotatione Ecclesiae et super dotatione dictarum domorum, hortorum, et haereditatum, sive possessionum Mezquitarum dictae Ecclesiae aliquando fecistis, remittimus et absolvimus vobis et vestris, et in perpetuum diffinimus. Dat. Barchinone, IV Non. Novembris, anno Domini MCCXLI.

Sig[†]num Iacobi Dei gratia Regis Aragonum, Maioricarum, et Valentiae, Comitis Barchinonae et Urgelli, ac domini Montos-pessulani.

Huius rei testes sunt Eximius de Focibus, Berengarius de Cerveria, G. Dentença. Assaultus de Gudal. F. Garces de Roda.

Sig[†]num F. F. miseratione divina Episcopi Valentini, qui hoc laudo et firmo. Sig[†]num magistri M. archidiaconi Valent. qui hoc laudo et firmo. Sig[†]num magistri B. de Solerio Canonici Valentini, qui hoc firmo. Ego Bernardus de Villario Canonicus subscribo. Ego Ioan. Montisonis Canonicus Valent. subscribo. Ego Berengarius de Tarragona Canonicus subscribo. Sig[†]num Guillelmi scribae, qui mandato domini Regis, et Episcopi praedictorum hoc scribi fecit loco, die, et anno praefixis. Lectum fuit domino Regi et Episcopo.

(Archivo de la Catedral de Valencia. Aguirre, *Collectio maxima conciliorum omnium Hispaniae*, t. III, páginas 497—498.)

XVII.

CARTA-PUEBLA OTORGADA POR EL REY DON JAIME I Á LOS MOROS POBLADORES DE ÉSLIDA, AYN, VEO, SENGUEIR, PELMES Y ZUELA (AÑO DE 1242).

1... Haec est carta gratiae et securitatis, quam facit Iacobus Dei gratia Rex Aragonum, Maioricarum, et Valentiae, Comes Barchinonae et Urgelli, et Dominus Montispesulani, toti Alia-mae sarracenorum, qui sunt in Eslida, et in Ain, in Veo, in Sengueir, in Pelmés et Zuela, qui miserunt se in servitum suam et devenerunt vasallos suos. Concedit itaque eis quod possideant domos suas et possessiones, in omnibus alcareis suis cum omnibus terminis suis, introitibus et exitibus, in regadivo et secano, laboratas et non laboratas, et omnes hortos et plantationes suas et explectat aquas suas, sicut fuit consuetum tempore sarracenorum, et dividant eas sicut inter eos consuetum est, et ganatum eorum pascat in terminis suis universis, sicut consuevit tempore paganorum, et non mittant Christianos, nec aliquem de alia lege in terminis suis, causi habitandi, sine voluntate ipsorum.

2... Nec aliquis paschua ipsorum sive ganatum contrariet, et sint salvi, et securi in personis et rebus suis, et possint ire per totos terminos suos ad pertratanda negotia sua, sine christianis, et Alcadi castrorum, nec Baiuli demandent ipsis azofres de lignis

bestiis, et aquis, nec aliam servitum castrorum, nec faciant contrarium in domibus suis, nec in vineis et arboribus et fructibus; nec prohibeant preconizare in mezquitis, nec fieri orationem in illis diebus veneris et festibus suis, et aliis diebus, sed faciant secundum eorum legem: et possint docere scholares Alcorá, et libros omnes de Alhadet secundum legem suam, et Alcopzi sint de mezquitis suis. Et iudicent causas suas in posse alcadi eorum sarraceni illius qui erit in Eslida in casamentis, et divisionibus, et emptionibus, et aliis omnibus causis secundum eorum legem. Et sarraceni, qui modo sunt extra alcarias dictorum castrorum, quodcumque venerint, possint recuperare hereditates suas in perpetuum.

3... Et Sarraceni qui inde recedere voluerint, possint vendere haereditates suas, et res Sarracenis ibidem habitantibus et Baiuli non contra dicant eis. Nec Sarraceni propter hoc faciant aliquam missionem alchaydo Castri; et sit securus eundo in persona, et rebus, et familia, et filius ipsius per mare et terram; et non faciant aliquam frangam, vel hostem, nec peitiam super haereditatibus, excepta de-

:

cima tritici, ordei, panicii, milli, lini et liguminis.

4... Et decima persolvatur in era, et dent de molendinis, furnis, operatoris, alfondicis, balneis illam partem, quam dare solvebant tempore paganorum.

5... Et quando voluerint, possint ire visum parentes ubicumque fuerint. Et mortui sepeliantur in eorum cimiteriis sine contrario et missione.

6... Et caloniae dentur secundum legem ipsorum, et non donent de aliqua hortalia, videlicet de cepis, cucurbitis, nec de aliis fructibus terrae, nisi de suprascriptis.

7... De arboribus et fructibus eorum et parris non dent decimam, sed dent decimam de vineis et den açaque ganatorum, secundum quod consueverunt.

8... Et Christiani non hospitentur in domibus suis et haereditatibus, nisi sarraceni voluerint. Et Christiani non probent contra Sarracenos, nisi cum Sarraceno legali. Et Sarraceni dictorum castrorum recuperent haereditates suas, ubicumque fuerint, excepto in Valentia et Burriana.

9... Et de basis apium, et de bestiariis non donent aliquid nisi ea quae dicta sunt. Et si sarracenus decesserit, posteritas eius haereditet illam hae-

reditatem. Et sarraceni, qui extra villam suam contrahere valuerint, possint sine contrario alcaydi et servitio.

10... Et illi de Eslida, de Ayn, de Veyo, de Pelmes et de Sengueir sint franchi de omnibus rebus a die qua emparabit Dominus Rex carta ista usque in unum annum. Et completo anno illo, serviunt sicut est supra. Et Dominus Rex recipit ipsos et suos, in sua comanda, et guidatico.

11... Actum est hoc in Artana, quarto kalendas iunii anno Domini millesimo ducentesimo quadagesimo secundo.—Testes huius rei sunt magister hospitalis, Guillermus de Entenza, Eximius de Focibus, Ladronus, Eximius Petri; Commendator Alcannici, Frater Garces.—Signum † Iacobi Dei gratia Regis Aragonum, Maioricarum et Valentiae, Comes Barchinonae et Urgelli, et Domini Montispesulani, qui praedieta laudamus et concedimus sicut superius continetur. Ego Guillemonus Domini Regis scriva mandato ipsius hoc traslatavi loco, die et anno praefixis.

(Archivo de la Bailia general de Valencia, libro primero del *Real Patrimonio*, fól. 238. Salvá y Sainz de Baranda, *Coleccion de Documentos inéditos*, t. XVIII, pags. 55—58.)

XVIII.

DONACION DE LA VILLA DE ENGUERRA, HECHA POR EL REY DON JAIME I DE ARAGON AL MAESTRE DE LA ÓRDEN DE SANTIAGO, CONCEDIÉNDOLE LA POSESION DE LA MISMA CON TODOS LOS HABITANTES SARRACENOS Y CRISTIANOS (AÑO DE 1244).

Noverint vniversi, quos Nos Iacobus Dei gratia Rex Aragon. Maioric. et Valent. Comes Barch. et Urgel. et Dominus Montisplani ob remedium anime nostrae et parentum nostrorum damus, concedimus, et laudamus per haereditatem propriam, francam et liberam vobis venerabili et dilecto Fratri Pelagio Petri Corrigha Magistro Militiae S. Iacobi, et per vos vniversis et singulis Fratibus Ordinis ipsius Militiae praesentibus et futuris, in perpetuum, Castrum et Villam de Enguerra habendum et possidendum cum pratis, aquis, montibus, et cum hominibus et mulieribus Christianis, et Sarracenis habitantibus, et habitaturis, et cum

omnibus suis pertinentiis, etc. Sicut dividit terminum cum Anna et cum haereditatibus quas Sarraceni habent. Dat. apud Almizra VIII kalendas Aprilis, anno M.CC.XLIV.

Signum Iacobi Dei gratia Regis Aragon. Testes sunt. G. de Monte Cateño. Eximius de Focibus. Dns. Ladro. R. de Belloc. Carosius Marcus Ferriz, P. de Trosilo, Egidius de Trosilo. Signum Guillelmi Scribae, qui mandato Domini Regis hoc scribi fecit loco, die, et anno praefixis. Lecta sunt Regi. Concordat cum originali, exceptis omissis.

